

mul cause cognitioni vel executioni interesse debent, quia licet quilibet eorum habeat jurisdictionem in solidum, propter naturam ipsius, quae utpote res incorporalis, & individua, pro parte haberi non potest, imola in d. c. prudentiam, n. 14. Gratianus dist. c. 396. cum abente, reliqui in causa procedere nec uno defuncto, vel abente, reliqui in causa procedere possunt, l. duo 39. ff. de re iudic. l. sicut 20. ff. de recept. facit textus in c. si duo 6. de procur. l. 6. Docet Moneta de communi, c. 8. n. 133. ut cum unum jurisdictionem habent, & unum personam, a quo illam obtinent, representant, c. Pastoralis, hoc ita, unde neuter sine alio in causa cognitione procedere valet, c. causam 16. c. cum causa 21. de offic. deleg. Si vero disjunctim, veluti ut duo, vel unus eorum de causa cognoscatur, hoc casu cuius ex delegatis facultas cognoscendi competit in solidum, ita ut praeventioni inter eos locus sit, nec re non integra alter causae se immiscere possit, nisi qui crepit cognoscere, infirmate, vel simili causa prosequi impediatur.

Quae omnia procedunt, nisi adjecta sit clausula, quod si non omnes, vel, si non, si tanto interesse non possint, duo vel alter eorum procedat, quae frequenter apponitur in delegationibus Apostolicis, ut patet ex nostro texto, c. prudentiam, c. licet duo, de offic. deleg. c. de rector. 3. de rectoribus, c. Raynaldus, in principi. de offic. deleg. c. 6. de comprisa, c. quodam, & aliis infra citandis. Cui clausula maxime affinis est, quae lex notis apud veteres significatur, videlicet A. A. V. S. E. V. quas sic erudit exponunt, Ambrosius alvarez, si eis videbitur, quae clausula reperitur apud Ciceronem in Antonium Philipp. 9. alias 8. ibi: Utique G. Passes, de Hircania Castell. alteri ambrosius, si eis videbitur, quoslibet ubi temperat. Apud Julium Frontinum l. 2. de aqueductu, ibi: Q. Fabius Castell. alteri, aliter, si videbitur, pluribus Praetoribus, qui curio praesunt, Aulam Gellium l. 1. nationis, c. 12. ibi: Causa pariter alteri, ambrosius, si videbitur, serventur. Facit textus in l. 4. §. si quis, in fine, C. de adiciendis diversis. Vegetius etiam l. 3. de re militari, c. 1. scribit, multitudinem militum rebellantem duos ducis exercitus mitti solitos, cum hoc praecipio: Prohibeatis, ne quis republicae detrimentum capiat. Gualterius, ambrosius. Alii adducunt Brissonius de famulis l. 3. Guillelmus Fornerius l. 1. selectionum, c. 7. Rodolphus Fornerius l. 3. quae, c. 3. Hic igitur adjecta clausula, licet statim unus sine alio in causa procedere non possit, nec cum terminari, quae licet jurisdictionem habeant in solidum, eius tamen exercitium ita est apud omnes, ut non sit penes singulos, imo si unus sine altero procederet, excederet jurisdictionis mandata terminos, & sententiam corrueret, quia tam rescripti servanda est, de c. prudentiam, c. super eo 15. c. cum contingat 36. c. sequenti, de offic. deleg. Si vero unus ex eis obimpotentiam juris, aut facti ad huc in causa cognitione procedere nequeat, & sententiam proferre, tunc cum impedimento liquido, constituitur, alteri virtute praedictae clausulae in causa procedere, & eam terminare valet, cap. prudentiam, c. licet 20. de offic. deleg. cap. cum illis, de re iudic. l. qui, quo casu accipio textum in cap. de re iudic. in §. si quis, per impotentiam enim unum non expirat jurisdictione alterius, imo, purificatur quo per dictam clausulam conditionalis erit, dicto cap. uno 42. Barboza de clausulis, clausula 125.

Igitur non adjecta supra dicta clausula in causa pluribus commissis, si aliqui, vel unus ex iudicibus impeditur reperiatur, alii in causa procedere non possunt: nec hinc principio obstat textus in c. quoniam 14. de officio deleg. ubi facta causa commissis a summo Pontifice duobus Abbatibus Leicestr. & Lileshul: mortuo Abbate Lileshul, Abbas Leicestr. cum successore defuncti in causa processit, & sententiam protulit, quam summus Pontifex approbavit, & ratam habuit. Igitur mortuo uno ex iudicibus delegatis, alter in causa procedere valet. Clausula, quam sequitur Panormitanus in eodem, n. 4. existimat causam ibi commissam esse sub clausula, quod si non omnes, & ideo mortuo uno, alium in causa procedere posse, nec eius jurisdictionem expirare. Sed haec solutio divinationis vitio laborat, siquidem ex textu non constat, clausulam, quod si non omnes, praecessisse. Quae solutio omnia, verius dicendam est, discrimen esse constituendum inter eum calum, in quo delegatur, seu committitur causa expresso nomine proprio, videlicet Petri, aut Pauli, & inter eum calum, in quo non exprimitur persona, sed dignitas, & causa committitur sub nomine appellativo, ut Episcopo, Decano, vel Abbati. Primo casu mortuo iudice in litteris designato, jurisdictione non transit ad successorem in dignitate, quae extincta persona, consequenter & finitur, cap. si gratia 3. de re scriptis, lib. 6. dicto. Secundo vero casu in successorem transit jurisdictione, quia dignitas nunquam moritur, dicto c. si gratia, & sic per mortem non extinguatur cap. Pastoralis, §. Praterea de officio Ord. deo, cap. si in cui, de officio deleg. docent Causus in eo textu, Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 22. n. 27. c. 28. Moneta de communi, c. 8. n. 114. c. 134. Quod iudex, si rescriptum jam praesentatum est, alias si re integra decessit unus ex iudicibus, etiam designatus nomine dignitatis, necesse est, ut successor de novo nominetur, alias in causa procedere nequit, cum cum rescriptum est praesentatum, iam perpetua est jurisdictione, dicta c. Pastoralis, §. Praterea, de cap. si in cui. Notant Geronimus de Indaltilis, de Hieronymo, n. 38. Bajo Arroyo in c. in de procur. n. 56.

Nec hinc solutio adversatur textus in c. causam 16. de officio delegati, ubi quaedam causa commissis fuit duobus Episcopis, & cum unus sine alio in causa procederet, & definitiva eam terminaret, sententia fuit cassata a Romano Pontifice,

7 De clausula quae non omnes

8 Exponitur caput quoniam de officio delegati

9 Explicatur cap. causam de officio delegati

ea ratione, quia cum causa duobus committitur, alter sine altero procedere in ea non valet, ergo sine causa committatur sub nomine dignitatis, sive sub nomine proprio, unus sine alio nullo modo procedere valet. Augustinus Beronius in c. quoniam Abbat n. 45. c. 1. Multis, existimat in eius textu quoniam causam non sub nomine dignitatis, sed potius sub nomine proprio Episcoporum fuisse commissam, & sic unum sine alio in causa procedere non posse. Sed haec solutio non deponitur ex verbis textus, imo fere textum prout est in decretalibus, sive prout in prima collectione iacet sub illo titulo, c. 22. & in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. p. 50. c. 26. confirmamus, constat sub nomine dignitatis causam commissam esse. Quare haec solutio rejecta, dicendum est, in eo textum unum Episcopum sine alio in causa processisse, dum non constabat alium decessisse, aut impediri fuisse; tunc enim dicendum est, etiam nomine dignitatis facta delegatione, unum iudicem sine alio in causa procedere non posse, quo modo intelligendus est etiam textus in cap. coronam 13. iuncta glossa verbo iudices, & renuntiatio: docet Moneta de communi, cap. 8. num. 13.

Praedicta conclusio ratio ex eo provenit, nam rescriptorum forma diligenter est observanda, licet cum dilectis, hoc tamen, c. prudentiam, de officio deleg. & delegationis forma semper sequenda, c. super eo 15. c. cum contingat 36. cum sequenti, de officio deleg. & si quid iudices contra formam rescripti attentaverint, nullam erit, c. si quis, & ibi glossa, verbo Propriet. de electione l. 6. ideo cum causa committitur sub clausula, quod si non omnes, si constet aliam de causa cognoscere non posse, aut nolle, alter juxta formam litterarum in causa scorsim procedere valet, quia ea fuit voluntas Principis delegantis, & quia verbum illud generaliter prolatum, generaliter est intelligendum, c. solite, iuncta glossa finali, de rectoribus, & paria sunt aliquid specialiter expressum esse, vel sub verborum generalitate comprehendi, l. si duo 52. ff. de admistr. tut. l. utrum 3. §. 2. de noc. operi manut. Accursum in l. si quis multi 25. §. si duo 3. ff. de acquir. hered. ideo dicta clausula, quod si non omnes, comprehendit tam impotentiam juris, videlicet si ob infamiam, servitutem, vel defectum status iudicare nequit, aut facti, videlicet si decessit, aut inevitabiliter necessitate impediatur in causa interesse: docet Moneta ubi supra.

Nec obstant difficultates supra adductae. Non prima, quae procedit cum causa commissis est indelicata, non adjecta clausula, quod si non omnes, tunc enim verum est, alium finaliter in causa procedere non posse, d. c. causam 16. c. causam 22. de leg. ar. vero si non simpliciter, sed adiecta praedicta clausula committitur, tunc unus alio impedito in causa procedere valet. Nec secunda difficultas refragatur, licet enim Pontifex beneficium concedendo irregulari, censetur cum ipso dispensasse, & similiter in aliis impedimentis, tamen hoc locum habet cum Pontifex sit tale impedimentum habere personam illam, ac si fecerat, ut praedictum cum ea dispensasse, ut late docet Basilus lib. 8. de matrimon. cap. 26. Unde cum Pontifex committit alicui causam, qui habet impedimentum juris, quod Pontifex ignorat, non praedictum Pontifex cum eo dispensasse. Quae tamen impedimentum legitima requiritur in Principe, ut praedictum dispensasse, & disputat Basilus ubi supra. Difficillior est tertia consideratio, nam licet verum sit casum impotentiae comprehendere casum nolentis, ut praedictum Richard. in principio Institut. de vulgari, n. 20. tamen in nostro casu dubium est, an virtute clausulae, quod si non omnes interesse praevenerit, casus nolentis, videlicet cum alter non valeat interesse, comprehendatur, & sic altero renuente in causa procederet, alter nihilominus interesse possit? Et posse resolvit Zabarella in presenti, qui docet textum nostrum correctionem esse per textum in d. c. primaeva, §. adiecta, de officio delegati, ubi dicitur nolentem comprehendit sub impotentia, sequitur cum Moneta de re 8. num. 658. Sed cum correctio iurum de facili non fit admittenda, cap. cum impeditus de elect. lib. 6. de praesumptis, c. de appellat. dicendum est textum praesentem exponi, & suppleri ex decisione textus in d. §. adiectis, ita ut clausula, quod si non omnes, comprehendat nolentem ad hoc, ut alius alio nolente possit in causa procedere, d. §. adiectis, non autem includat ad hoc, ut qui nolit de causa cognoscere, excusetur, imo graviter peccandus est, cum rescriptum Apostolicum exequi renuerit, ex nostro textu: quod si clausula, quod si non omnes, ita concepta sit, quod si negaverit, aut non potuerit, tunc etiam unus renuat de causa cognoscere, non puniatur, sed excusetur, quia per verbum negaverit, facultas illi data fuit se excusandi a praedicto iudicandi manere.

Sed superiori assertioni obstat textus in cap. licet 20. de officio deleg. ubi causa commissis fuit tribus iudicibus sub clausula, quod si non omnes, & cum unus ex iudicibus decessisset, & alter ut suspensus remouus esset, questionis fuit, an superites, cui cognitio causa defunctus committeretur, possent in causa procedere? Et respondet Innoc. III. distinguendum esse, an vivente adhuc iudice, iudex superites uti ceperit jurisdictionem, an eo defuncto? Primo casu in negotio procedere possent, quia iudicium delegata, morte delegantis, re non integra, durat. Secundo vero casu, cognoscere de causa ut delegatus non possit, cum re integra decessisset collega, qui illi jurisdictionem suam commisit. Ex qua facti serie deducitur, adhuc apposta clausula, quod si non omnes, unum ex iudicibus procedere in causa non posse, nisi alius iudex datus in ipsi litteris illi vices suas committat. Augetur eius textus difficultas ex cap. coronam 34. de officio deleg. ubi in eadem specie,

10 Traditur ratio concisionis

11 Difficultas

12 Exponitur cap. licet 20. de officio delegati

specie, cum causa commissis esset tribus iudicibus, assertur unum ex illis non posse vices suas committere, & alteri causam subdelegare: ergo non recte in d. c. licet, supponitur iudicem delegatum potuisse coniudici suo causam committere. Praeterea difficultatem Glossa, Innocentius, Hostiensis, & alii antiquiores in commentariis ad ea iura, qui variis assignant solutiones: illis tamen omissis, pro solutione difficultatis dicendum est, in dist. cap. licet, supponi iudicem delegatum potuisse duplici jure de causa cognoscere, videlicet vel ut delegatum Pontificis virtute secundae delegationis. Ut delegatus Pontifex semper poterat in causa procedere, ex dicta clausula, quod si non omnes, ut delegatus vero coniudicis non, nisi re non integra decessisset coniudex: quod expresse docet textus in d. c. licet, ibi: Vices suas; & ille poterit admittit. Igitur per se poterat de causa cognoscere ab ipso, nova delegatione; nomine autem coniudicis nequequam procedere poterat, nisi eo adhuc superite litteris constaret esse; ex ratione textus in d. c. coronam, pro cuius conciliatione cum dicto c. licet, dicendum est, quod licet regulariter iudices delegati Prin-

cipis possint subdelegare, c. 3. c. quoniam 6. c. ex litteris, c. final. de officio delegati. c. cum causis, de appellat. tamen cum apposta est clausula, quod si non omnes, non potest unus ex iudicibus in rescripto datus subdelegare, d. c. coronam, ubi docent antiquiores repetentes, nisi causam committat coniudici in ipso rescripto assignato, tunc enim subdelegatio vires habet, quia cum omnia iudicium electa, & appellata sit indultia ab ipso R. Pontifice, iudex qui committit iudici suo causam cognitionem, quam alias proprio jure habebat iudex, non excedit rescripti formam, quo casu procedit textus in d. c. licet, ut considerat Moneta de communi, dicto c. 8. n. 570. quae etiam doctrina accipiendi sunt textus in c. quoniam 6. de officio deleg. ubi iudex delegatus potest causam subdelegare coniudici suo, cum apposta est clausula, quod si non omnes; & aliter si ea clausula adjecta non sit, docet Moneta c. 5. n. 572. & textus in c. super questionem 27. §. si vero, de officio deleg. ubi iudex delegatus, cui causa commissis erat cum clausula, quod si non omnes, rite, & valide subdelegavit, quia cum commisit coniudici, non extraneae personae. Ad hanc etiam clausulam spectant textus in c. super 23. de officio delegati, c. olim 24. de rescriptis, c. veniens, 13. de renuntiatione, cap. 3. de in integr. restitutione.

G A P U T XIV.

Innocentius III. a Eliensis Episcopo.

Pastoralis officii: Et infra: Praeterea quavis (quando de revocatione litterarum ambigunt utrum iudices prioribus, an posterioribus cognoscere debeant: & utrum per secundas sint primae litterae revocatae: Ad quod tibi respondeo, quod nisi posterioribus prioribus, vel e converso duxerint defendendum, simul utrique cognoscant: si forte nequiverint simul in unum sententiam concordare (quamvis plures sint ex una parte, quam altera) per arbitros conveniunt electos a partibus huiusmodi concertatio sopiatur. Quoniam autem ius huiusmodi forma, videlicet (Causam, quam talis adversus talem, & quosdam alios super hoc, & quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendam,) a nobis multoties litteris impetrantur, & sollicite quavis, & iudex ex delegatione huiusmodi ante personarum, vel rerum expressionem, super personis, vel rebus exprimentis habeat potestatem: adiciens, utrum si antequam personae, vel res expressae fuerint nominatae, super non expressis in commissione priori, sed generaliter comprehensis, speciales litterae (quae de priori commissione nullam faciant mentionem) ad alios iudices a Sede Apostolica emanaverint, eundem vigore debeant obtinere. Nos igitur ad haec duo taliter respondemus, quod (cum generaliter per speciale proculdubio derogetur) jurisdictione per generales litteras attributa, per speciales (quantum ad ea, quae specialiter exprimuntur) penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem; unde superflua relinquuntur prima questio, esse merito dici possit, quod donec iudicium revocetur, eam super rerum, vel personarum articulis exprimentis obtinet delegatus: sed antequam exprimantur personae, vel res, delegatus nequit jurisdictionem huiusmodi exercere.

N O T A E.

COMMENTARIUM.

A Eliensis.) Ita legendum est, non Helensis, ut habetur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. Eliensis insula est Anglia Orientalis, statim post Augustini primi Anglorum Apostoli tempora ad fidei converta, in eaque Ethebertus Cantuar. Rex Ecclesiam edificavit, quam ampliorum construxit Etheheldra Regia filia anno 678. & monasterium monialium ibi apposuit. Verum per Danos monasterio everto, & insula deserta, universum illum locum emit ad Edgaro Rege Etheheldus Episcopus Uintoniensis, & monasterium Ordinis D. Benedicti ibi constituit; & crescentibus opibus, cum illud regeret Richardus eius Abbas, annuente Henrico I. Rege, & Episcopo Lincolnens. de Romani Pontificis assensu in Episcopatum erectum fuit, ut refert Polydorus Vergilius lib. 21. historiae Angliae, folio 183. Eustachius eius Episcopus variis super articulis consultat Innocentium Tertium, qui omnes congradendi sunt, & colligendi in unum fascem, cap. Pastoralis 28. de officio deleg. c. Pastoralis 11. de offic. Ord. c. Pastoralis 14. de iudicis, cap. 1. de Sacramenti non iure, c. 8. de fide instrum. c. 4. de except. c. penult. de iis qui sunt a Prelatis, c. 7. de donat. c. Pastoralis 28. de decimis, c. Pastoralis 33. de appellat. c. Pastoralis 29. de interpretat. c. Pastoralis 19. de privileg. in quibus omnibus legendum est Eliensis: notavit jam Cajacius in d. c. pastoralis, de iudicis.

1 Eliensis

In praesenti textu proponitur forma observanda in contentione jurisdictionis plurium iudicum delegatorum, cum nec prioribus posterioribus debeant, nec contra quosdam rescriptum alteri deroget: quo casu ad officium cuiusque iudicis etiam delegati periret examinare, an fuit sit iudicium, c. cum personis, de privileg. l. 6. l. si quis ex alieno, ff. de iudic. & statuit Innocentius, quod si in unum sententiam omnes delegati convenire nolint, per arbitros electos a partibus hoc contentio dirimatur. In qua constitutione duo singularia continentur. Primum est, ut quamvis pluribus iudicibus de causa cognoscendis, praeterea valeat, quod maior pars decreverit, l. Pompeius 26. l. duo 29. ff. de iudic. in hoc casu omnes debeant consentire, ne quibusdam iudicibus invitatis, aliorum facti iudicium admittatur. Secundum, ut in hac specie non consulatur Romanus Pontifex, sed potius per arbitros contentio decidatur, qui dicuntur arbitri juris; ideoque ab eorum sententia ad Pontificem appellatur, c. ab arbitris 11. de offic. deleg. l. 6. Quae forma dirimendi contentiones jurisdictionis per arbitros etiam inter iudices ordinariorum, ecclesiasticorum, & saecularium, hodie observatur in Regno Aragonum, ut late eam praxim exponentes probant Sese 2. de off. 113. per totam, Frances de compositi. g. 22. Pareja de instrum. edit. parte 1. tit. 2. resolut. 6. Alia, quae ad hunc textum spectant adduxi supra in c. 1.

G A P U T XV.

Idem a Senonensi Archiepiscopo.

Sedes Apostolica consuevit exhibere se petentibus liberalem, sed quidam ejus gratia nequiter abutuntur, dum quod ipsa de benignitate concedit, ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes in commissionibus omnibus nostris minores, vel viliores personas nominibus exprimunt; majores autem & digniores specialibus vocabulis non designant, sed eas sub quodam generalitate involvunt comprehendunt, ut commissiones ipsas a nobis facilius impetrent sub hac forma: Conqueritur talis de isto, vel illo, & aliis quibusdam propriis nominibus exprimentis, qui ei super tali negotio, & quibusdam aliis rebus iniuriosi nimis, & graves existunt. Nos igitur volentes eorum malitiam obviare, decernimus, ut cum in commissionibus nostris minores & viliores personae solummodo designantur, majores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed nec liceat occasione generalitatis huiusmodi multitudinem effrazantem in iudicium evocare. Nec super majoribus, & gravioribus negotiis audiantur, qui de minoribus, & levioribus tantum faciunt mentionem. Si quis vero aliquas personas expresserit, non ut velit cum eis in iudicio experiri, sed ut ad pares transire valeat, vel minores (quia fraus, & dolus ei patrocinari non debent) tamquam mendax precatore, careat penitus impetratis.

NOTÆ.

Senonensi. De Senonensi Archiepiscopo egi in c. cum omnia...

G A P U T XVI.

a Idem R. Cantori, & R. Priori de Monte Leprosorum, & L. de Sagio Canonico Rhotomagensi.

EX tenore litterarum, quas nobis destinastis, intelleximus R. sacerdotem de Collovilla ad alios iudices super qua...

NOTÆ.

Idem R. Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc tit. c. 5. ex qua restituo hanc inscriptionem...

nut in Chronologia Gallie. Canonici ipsius Ecclesie ratione dignitatum, & præbandarum habent prerogativam...

G A P U T XVII.

Idem a Mediolanensi Archiepiscopo.

Cum adeo scripta Sedis Apostolicæ moderemur, ut ex certa scientia nihil in eis faciamus apertum, quod de jure...

NOTÆ.

Mediolanensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 7. & in epistolis Innocentii Colonia...

rossa urbem hanc solo adqueavit, sed ejus incolæ eam postea restaurarunt. Habet Ecclesiam Cathedralem a temporibus...

G A P U T XVIII.

Idem electo Decano, & Magistro Nicolao de Levennes, Canonico a Cameracensi.

Causam quæ inter b Præmonstratensem, & Præmientem Ecclesias super possessionibus de Hanapia verum, dis...

NOTÆ.

Cameracensi. In tertia collectione sub hoc tit. c. 8. legitur, Idem Abbatibus Alcobatæ, & P. monachis de Alcobatæ...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communiter deducunt Interpretes, Rescripta interpretantur rescripta a jure communi, & cum eo concordant...

Sed hoc commune axioma difficile redditur sequentibus difficultatibus. Prima nascitur ex eo, nam frustra precibus imperatur, quod jure communi conceditur...

Quibus difficultatibus non obstantibus, vera est prædicta assertio, semper enim Principes de jure rescribere credimus...

appellatione. Quare ut rescripta Principes secundum jus concederent, Jureconsultorum consilio utebantur...

Nec difficultates supra adducte obstant. Non prima, nam est rescripta secundum jus accipiamus, & est juri consona interpretetur, non inde sequitur, illa superfluo interpretari...

G A P U T XIX.

Idem Archiepiscopo a Senonensi, & b P. G. S. Marie in Via Laa Diac. Gardin. A. S. L.

Constitutus in præsentia dilecti filii nostri G. Sancti Angeli Diaconi Cardinalis Petrus Clericus, quem ei concesseramus, & parti alteri auctorem, proposuit coram ipso, quod cum olim bonæ mem. G. d. Papa prædecessor...

non oporteat deinceps ad nos iterare laborem; quia sicut nolumus injusta precipere, sic cum iusta precipimus, volumus efficaciter exaudiri: Nullis litteris ob harum tenore tacito, &c. Quod si ambo, &c. Alter vestrum, &c. Datum Spoleti 11 Kal. Sept.

NOTAE.

- a Senonensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 9. & in ipsi epistolis Innocentii III. Coloniz editis, fol. 166. De hoc Archiepiscopo, & eius Ecclesia egit sup. in c. 6. de consuet.
b Petram videlicet; anno enim 1198. Innocentius III. mist Legatum in partibus Gallie Petrum Diaconum Cardinalem tituli S. Marie in Via Lata, ut prosequeretur iudicium divortii a Philippo Francorum Rege facti cum legitima conjugis, alia superinducta; & cum Petrus Legatus ad Senonas pervenisset, ut ibi Concilium celebraret, referente Spondano anno 1198. n. 9. causa, de qua in nostro textu, commissa fuit Archiepiscopo Senonensi, & simul predicto Legato ibi degenti.
c S. Maria. Est titulus Cardinalatus valde antiquus; referaturque inter titulos Diaconales a Germanio de indultis, §. titulus, n. 2. Cohelio in notitia c. 6.
d G. Papa. Legendum est C. ut Coelestinum significet; in litteris enim Innocentii III. cum legitur, Cod. predecessor noster, Coelestinus, non Clemens significatur, teste Spondano anno 1199. num. 4.
e Capitulo. Quare ita rescribatur, dixi in c. hoc tit. Specialiter hic Decano, & Capitulo rescribitur, quia in Ecclesia

Bituricensi collatio praebrandarum ad Decanum, & Capitulum spectat, ut refert Chenut in notitia Beneficiorum illius Ecclesiae. De Ecclesia Bituricensi aliqua asseram in cap. ad audientiam 37 hoc tit.
f Juramento. Simile statutum reperitur in cap. cum M. de consuet. ubi dixi.
g Circumvenisse. Quia si exprimeret certum numerum esse praecipuum in Ecclesia, non ita Pontifex litteras concessisset; & sic cum deberet veritas narrativa per suppressionem, deest voluntas Pontificis. Pulchre Cassiodorus lib. 5. var. cap. 24. Rogare enim in talibus causis, non fraudare Principem docet; quia negligentia vitiosus est presumptio relinquere, quae iura praecipuum amparari. Notavit Solorzanos tomo 2. de iure iudic. lib. 2. num. 57.
h Antequam. Quatenus in rescriptis tempus datae, vel praesentationis attendatur, dicam in c. 30. hoc tit.
i Exequutoria. Primo enim dantur litterae monitoriae, deinde praeporia, & post exequutoriae, quae late exponam in c. ex inscriptione, hoc tit.
k Decernatur. Ex his verbis, juncta contextura huius textus; deducunt Interpretes, rescripta gratiae per subreptionem impetrata, ipso iure nulla esse, quod sequenti textu disputabimus.

G A P U T X X.

Idem A. Canonico a Pictaviensi.

Super litteris, quae ab aliquibus ex malitia, & a nonnullis ex ignorantia (tacita vitare, vel suggesta falsitate) impetrantur a nobis, diversos intelleximus diversa sentire, aliis afferentibus eos debere proflus carere omni commo literarum, cum mendax preceptor carere debeat penitus impetratis; aliis vero dicentibus, quod est forma carere debeant in litteris nostris expressa, nihilominus iuxta rigorem iuris fit a delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam; & illos qui per simplicitatem, vel ignorantiam litteras a nobis impetrant, huiusmodi discretionem adhibendam; ut hi qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimit veritatem, in sua perverfitatis poenam nullum ex illis litteris commodum consequantur, ita videlicet quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscatur. Inter alios autem, qui posteriori modo litteras impetrant, duximus distinguendum, quae falsitas suggesta fuerit, vel quae veritas fit suppressa, nam si talis expressa fit falsitas, vel veritas occultata, quae quamvis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus saltem in forma communi litteras dedissemus, delegatus non sequens formam in litteris ipsis adpositam, secundum ordinem iuris in causa procedat. Si vero per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem veritatis etiam litterae fuerint impetratae, quae tacita vel expressa, nos nullas proflus litteras dedissemus, a delegato non est aliquatenus procedendum, nisi forsitan eatenus, ut paritibus ad suam praesentiam convocatis, de precum qualitate cognoscatur, ut sic in utroque casu eadem ratio, quae delegatum moveret, moveat etiam delegatum; & ubi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suae cognitionis officium nullatenus interponat.

NOTAE.

a Pictaviensi. Pictavium inter nobilissimas Aquitaniae urbes reseretur a Marcellino lib. 16. Fulberto in vita Ricardi. Caput Pictonum amplae provinciae nomen dedit: ejus meminerunt Strabo lib. 4. Sozomenus lib. 5. c. 12. & alii velati a Fratibus Sarmat. tom. 3. Gallie, fol. 866. Episcopatu & Academia fulget, cuius Praesulum seriem, & catalogum refert Chenut in chronol. Gallie. Aymonio ipsius Ecclesiae Canonico rescribit in praesenti Innocentius, ut exprimitur in c. 10. hoc tit. in tertia collectione.

COMMENTARIUM.

In hoc titulo de rescriptis, primum, praecipuumque locum obtinere praesentem decisionem, testatur Butrius in praesenti, & claven totius tractatus de rescriptis esse, testatur etiam Abbas in praesenti: eam edidit ad conciliandas DD. sententias ad l. 1. 2. c. 5. c. si contra jus. Ut tamen ejus materiam iusto commentario absolvam, fit conclusio: Rescriptum dolosa obreptione seu subreptione impetratum, irritum est ipso iure; simpliciter autem ignorantia adeptum quatenus concessioni causam dedit, rescribitur. Quam conclusionem probant textus in c. 2. c. ceterum 3. c. ad aures 8. c. sales 15. c. ex tenore 16. c. confitimus, c. postulasti 27. c. si proponere 42. cum alio hoc tit. c. dudum 54. versiculo Insuper, de elec. c. cum tenore 6. de prob. c. 1. juncta glossa, verbo de iure, ut lite pendente, lib. 6. c. dicenti 26. versio. Et si legibus, 25. q. 2. c. causam 18. hoc tit. c. significavitibus 38. de officio deleg. c. boni, de contrum. utilis, c. dudum 14. de proband. lib. 6. c. 2. de filii presbyterorum, c. ex parte 5. de officio ordinari. c. quod super, de sine instrum. c. eam te 4. de atat. c. qualis, c. penult. de officio vicarii, c. super 10. de cohabitac. cler. c. fin. de filii presbyterorum, lib. 6. c. cum olim 12. de sentent. c. re iudic. c. cum dilecti, de elec. c. sententiam 35. q. 9. c. ex litteris, de officio deleg. c. significavit, de appellat. c. quia circa, de consanguin. c. cum in nostris, de concess. prob. l. 1. §. quatuor, ff. de appellat. l. 1. ff. de natalibus restituentis, l. si quis 29. ff. ad leg. Corn. de falsis l. vult. §. 1. C. de his qui a non dominis, l. 2. l. est legibus 5. C. si contra jus, Paulus l. 1. sententiarum, tit. 10. l. ult. C. de divers. rescript. l. ult. C. si mpt. ex rescript. l. 36. tit. 10. partit. 5. Faciant etiam textus in l. sed si 10. §. pariter, de in ius vocando, l. libertos 49. ff. de bonis libertorum, l. magis 5. §. manet, ff. de reb. eorum, l. cum uno 26. §. sub assensu, ff. de reb. eorum, l. cum uno

26. §. sub assensu, ff. de fideicom. libertatis, l. si nollem, ff. de adit. aditio. Illustrat plures congesti a Barboza in praesenti, quibus addendi sunt Petrus Gregorius l. 1. de rescriptis, c. 49. c. 50. & in praesenti Farinacius de falsitate, q. 150. Trentacianus de rescriptis, resol. 4. c. 5. Faber in suo Codice, tit. de diversis rescriptis, diffinit. 1. Gutierrez l. 2. canoniz. c. 5. Gernonius l. 1. animadu. c. 15. Covarr. l. 1. variat. c. finali, Moneta de commat. c. 16. n. 12. Cajacius ad titulum C. si contra jus, Coquzus contra Morvanus l. 1. fol. 131. Paulus de Zochis, Mellianus & Uranius in nostro textu, Balboa in c. 5. de reb. iud. Basilius l. 8. de matrim. c. 16. Nigras Cyriacus l. 1. contrav. 160. Salas de legibus disp. 10. tit. 14. Suarez lib. 1. de legib. cap. 22. Arellano Antonino, 3. Laxius Mancianus gentium, c. 261. cum sequentibus; D. Joannes de Larrea allegat. 91. Altessera hic.

Sed hac assertio ita illustrata, acriter impugnat sequentibus difficultatibus. Prima insurgit adversus eam partem conclusionis, quae generaliter asserit, tam in casu obreptionis, quam subreptionis impetrantem rescriptum carere ipsius commo: nam iniquum videtur, aequaliter puniri illum, qui tacuit verum, ac eum, qui falsum dixit, cum aliud fit fallum dicere, aliud verum omittere; ideo tamquam diversa haec duo separantur, c. ne quis 14. c. queritur, 22. q. 2. & cui prohibetur fallum dicere, permititur verum celare, ut in casu relato a D. Thoma 2. q. 69. art. 1. Covarr. l. 1. variat. c. 2. Cenedo ad decretum, collectaneo 43. n. 11. Igitur non recte in nostro textu, qui verum tacuit, privat commo rescripti, sicut ille qui falsum dixit. Augeat haec difficultas ex l. praescriptione, C. si contra jus, relata in c. dicenti, §. praescriptione, 25. q. 2. in illis verbis: Tacendi fraude; ubi dolo, sive fraude impetratum rescriptum non vitari deciderit. Augeat secundo hac difficultas ex eo; nam si rescriptum obreptione, aut subreptione impetratum, esset nullum, iudex in co datus, ejus virtute nullam posset exercere jurisdictionem: sed potest de obreptione, & subreptione cognoscere, et docetur in nostro textu in fine: ergo quia rescriptum vires habet. Secunda difficultas militat adversus id, quod asserimus, videlicet falsas preces simplicitate, aut ignorantia propositas, non vitare rescriptum, si modo non dederit principaliter causam rescripto, & Principes illud etiam principaliter concederet. Obstat, nam ignorantia in iure equiparatur dolo, & calliditati, l. quod 32. ff. de postul. l. magis 224. ff. de v. s. l. 1. §. si quis ff. de obi. c. ad l. 5. §. dolum, ff. ut in poss. Donellus, 16. comment. 27. Bar-

27. Barboza in l. si mora, n. 3. §. 8. in prelatiis, ff. soluto matrim. nec ignorantia a poena falsi excusat, l. Divus 13. in princip. ff. ad leg. Corn. de falsis iuris, in princip. per ignorantiam vitant rescripta. Augeat haec difficultas ex eo; nam impossibilia non veniunt in considerationem: sed impossibile est cognoscere, an Principes, qui ob preces falsas ex ignorantia propositas rescriptum concessit, aequo conscientis esset, si preces verae essent, cum intentionis solus Deus cognitor sit, c. erubescens, 32. d. c. in evocatis, de auras, c. a nobis 28. de sent. excom. c. dilecto 28. de v. s. ff. ergo nulla habita ratione, a neque Principes conscientis esset; necne, dicendum videbatur, rescripta per falsas preces, etiam ex ignorantia propositas, vitari.

Quibus difficultatibus minime refragantibus, vera est praedicta assertio, ad casus expositionem aliqua praemittenda fuit; & primo sciendum est, duo vitata communitur in impetratione rescriptorum considerari; unum in falsitate suggesta, & narrativa, aliud in veritate celata, & tacturnitate veri. Primum subreptionem dicitur, cum videlicet preceptor falsitatem exprimat, falsisque, & mendacibus supplicationibus rescripta impetrant, ut in exemplis, de quibus in c. ex inscriptione 37. hoc tit. c. postulatum, eod. tit. lib. 6. c. tam litteris 33. de reb. iud. c. ex litteris 6. de trans. Secundam obreptionem dicitur, cum veritas in precibus reticetur, c. 3. c. postulasti 21. c. ad audientiam 31. c. penult. hoc tit. D. Cyr. epist. 68. Nec enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic excedendus, qui fraudulenter obrepsit. Aut cum aliud celatur, quod expressum Principis animum in diversa trahere sententiam, c. ad aures 8. hoc tit. c. cum olim 12. c. inter 20. de re iudic. docent Praetras, Calvinius, & Brissonius verbo Obreptione, Verba Gregorius l. 1. de rescriptis, c. 49. c. 50. quae in significatione verba obreptione, & subreptione, accipiunt sunt in textu in l. sed est 10. §. Patromum 19. ff. de in ius vocando, l. libertis 49. ff. de bonis libertorum, l. 2. §. nepos, ff. si quis a parente, l. Divus, ff. de iure iuratum, l. postremo 3. ff. de natalibus restit. l. si fideiusor 29. §. si cum debitor, ff. mandati, l. si quis 20. ff. ad leg. Corn. de falsis, l. 3. §. pulchri, ff. de Carbonarum, l. magis 5. §. manet, ff. de reb. eorum: notant Mellianus in praesenti, p. n. 3. Sabagan n. 8. quoad effectum vero nullam inter praedicta verba datur discrimen; quare tam Pontificis, quam Iudicis huiusmodi verbis pronuntiare auctoritas, l. 2. c. si mptis ex rescripto, ubi Gothofr. l. ius R. Quod & apud bonos nos Auctores receptum esse constat ex traditis a Milliano supra.

Secundo sciendum est, adeo in precibus Superiori proponendis veritatem desiderari, ut non sufficiat generaliter, & oblique narrativam facere; sed ita distincte, sine obreptione, & subreptione facti veritates narranda esse, ut nihil per dolum reticatur, aut per falsitatem suggeratur, siquidem Principes facile ex narratis & narrativae circumstantiis moveri possent ad concedendum, vel negandum rescriptum, c. super eo 5. de cohabit. Cleric. c. 2. de dolo, c. venetabilis, de consuet. utilis, l. finali, in fine, C. de dotis promissione, argumento legis prime, §. 1. ff. de oblatio edicto, junctis traditis ab Antonio Gomez l. 2. var. c. 2. n. 49. Morla in empirio, tit. 9. in principio, n. 41. Hermofilla in l. 66. glossa n. 11. tit. 5. in partia 5. Amaya l. 2. obj. c. 12. unde generaliter dicendum est, tunc rescripta obreptionis, aut subreptionis appellari, quoties non expressum est, aut falso suggestum, quod posset impendere concessionem rescripti, ut si impetretur rescriptum secundum, non facta mentione prioris, c. ceterum 3. hoc tit. si non distincte proponatur status negotii, super quo impetratur rescriptum, c. inter 20. de re iudicanda, c. 1. de confirmat. utilis, c. ex litteris, de dolo, c. 1. ut lite pendente, c. dudum, de privilegii: si pro clerico non tonsurato impetretur beneficium, c. ex litteris, de transactionibus; si impetrans beneficium taceat aliud, quod habet: si in mandato ad beneficium non fiat mentio rescripti in favorem alterius concessi, c. mandatum, c. litteris, c. Abbatem, de rescriptis: si non fiat mentio in impetratione beneficii pensionis in titulum beneficii obtenta, c. propolusti, hoc tit. c. si pauper, de prob. in 6. si quis dicit fe clericum, cum clericus non sit, dicto c. ex litteris: si dicat litteras executorias praecessisse, cum monitorio non praecesserint, c. ex significatione, de rescriptis; ubi Petrus Gregorius: si exprimat falsus modus vacationis beneficii, Petrus Gregorius l. 1. de rescriptis, c. 49. c. 50. in quibus casibus illud notandum est, simulatorem veritatis in totum equiparari quoad nullitatem rescripti illi, qui falsum expressit, ut in specie textus in l. 1. §. venditor, ibi: Sed scire venditorem, & celare sic accepimus, non solum si non admonerit, verum & si negaverit servitutem istam debere, ff. de act. empti, Faciunt Amnian. Marcell. l. 29. Fallere non minus videtur, qui gesta praesentia scient, quam ille qui nunquam facta fingit. Plinius l. 2. c. 20. Praevocacionem dicit esse transigere dicendo, vel cursum & breviter attingere, quae sine incalcanda, indaganda, repetenda. Et eleganter Plautus in Querculo: Veterat sopo qui tacet. Damna bilis ergo subreptione evenit, si quid gestorum in precibus omittatur, l. 1. C. si contra jus: si fraude quid reticetur, l. 2. C. eod.

Rescripta ergo per subreptionem, aut obreptionem impetrata, nullius sunt momenti, nullumque preceptor commodum afferre possunt, l. 1. ff. de natalibus: quae doctrina procedit, licet in eodem rescripto diversa proponantur, nam quoad omnia tale rescriptum vitatur ex nostro textu, ibi: Nullum ex illis litteris commo datur, ad audientiam 12. c. sales 15. ibi: Careat penitus impetratum. Docent Canisius in praesenti, Basilius dict. c. 16. n. 9. nec contrarium probatur ex textu in c. si eo tempore, hoc tit. l. 6. ubi valet rescriptum in secundo capitulo de beneficio simpliciter, etiam si primum capitulum ad beneficium curatum D.D. Genzel. in Decretal. Tom. I. Pars I.

etset subreptionem; nam omittis solationibus traditis a Basilio dicto l. 8. de matrim. c. 16. dicendum est, rescriptum per obreptionem, aut subreptionem impetratum, nullum esse quoad negotium principale, & articulos conexos; non vero quoad separatos, quos falsitas in uno non vitat, argumento textus in l. 1. C. de transact. c. dilectus, de prob. regula Vitae, de reg. iur. l. 6. quare si subreptione committatur in expressione valoris beneficii pro obtinenda pensione in dimidia ejus parte, non vitatur gratia, sed pensio moderatur iuxta veram valorem. Covarr. l. 1. variat. c. 20. n. 7. Garcia de beneficiis 6. p. c. 2. n. 163. unde ind. c. si eo, atque retentia in beneficio curatum non potuit vitare gratiam quoad beneficium simplex, cum haec duo inter se valde diversa sint, ut docent relati a Milliano in nostro textu, l. 1. p. n. 27. Accedit, nam in eo textu impetrans gratiam alternativam, ab obtinendum beneficium cum cura, vel sine ea, potest admitteri ad beneficium sine cura, ex tacita contententis voluntate, cum concedentis animus esset, ut si ipse non visisset defectu voluntatis, aut non posuisset ex defectu capacitatis curatum consequi, in altero gratia consistere: quare mirum non est, si in eo textu ex defectu atatis, qui capax non invenitur ad beneficium curatum, possit admitteri ad aliud, argumento textus in l. si duo 128. l. si quis in 129. ff. de verb. obi. l. si quis decessit §. Stichum, ff. de solutio. Manet ergo rescriptum, quod conceditur plura ad eundem finem obtinendum, si falsitas talis in eo adfuerit, quod aliter Princeps, nisi deceptus, eam gratiam non concederet, non solum quoad partem, verum quoad omnia illud vitari, d. c. ad audientiam; cap. constitutus, hoc tit. Millianus in praesenti.

Omnia quae de fraudulosa impetratione diximus, pariter procedunt in rescriptis, tam justitiae, quam gratiae, c. ad aures 8. c. in nostra 32. c. si proponere, hoc tit. docent commo calculo interpretes supra relati. Illud tamen apud eos non convenit, an rescripta justitiae ipso iure nulla sint, sicut rescripta gratiae? Et apud antiquos receptum fuit rescripta gratiae ipso iure nulla esse; justitiae vero non aliter, quam si apposita fuerit exceptio. Ita Glossa ultima verbo Justitiae, in c. ad audientiam 31. hoc tit. Menochius de arbitriis, casu 201. n. 2. Antonius Cuchus l. 1. insitit, tit. 4. n. 16. Sanchez & alii relati a Barboza in praesenti n. 8. qui moventur sequentibus fundamentis. Primo exemplo contractum bona fidei, & stricti juris; certum enim est inter eos illam assignari differentiam, quod dolo dans causam contractui bona fidei, nullum reddit illud ipso iure, l. eleganter 4. in princip. ff. de dolo, l. 3. §. ult. ff. pro socio, l. causa 16. §. item, ff. de contrahenda empti. Si vero dolo dans praestiterit contractui stricti juris, non ipso iure, sed apposita exceptione nullum reddit, l. si quis 46. ff. de verb. obi. l. dolo 5. C. de iniuriis. Donellus lib. 12. comment. c. 7. Robertus l. 3. animadu. c. 1. Faber l. 14. coniect. c. 18. Pichard. in §. actionum, q. 9. insitit, de actionibus. Igitur similiter rescripta gratiae ad instar contractum bona fidei ipso iure vitari debent, justitiae vero exemplo contractum stricti juris; siquidem stricta dicuntur, cap. sales 15. Rudolphus, hoc tit. ideo opposita exceptio debent vitari. Secundo expendunt textum nostrum in illis verbis: Ita videlicet, quod delegatus postquam sibi super hoc facta fuerit fides, nullatenus de causa cognoscatur. Exigit ergo Pontifex huiusmodi falsitatis, hoc est opponi, & probari debere exceptionem falsitatis, ad hoc ut rescriptum nullum sit: quod etiam in specie exigunt Imperatores in lege praescriptione, ibi: Praescriptione apposita l. est non cognitio, ibi: De veritate precum inquirere oportet. Cod. si contra jus: ergo non opposita falsitatis exceptio, rescripta justitiae vires obtinent.

Sed verius est, quoad hanc partem nullam differentiam versari inter rescripta justitiae, & gratiae; nam sicut rescripta gratiae ipso iure vitantur, c. ad audientiam 31. hoc tit. c. fin. de filii presbyterorum, l. 6. c. si motus, de prob. eodem l. similiter rescripta justitiae, ut aperte probatur ex praesenti textu, ibi, nullum ex litteris; & ibi: nullatenus de causa cognoscatur: quae verba ipso iure inducunt nullitatem, authent. si quis mulier, ubi glossa, verbo Nullatenus, C. ad Vellejanum, Clement. 1. hoc tit. docuerunt Glossa in c. innovat, verbo Nullum, de elec. Tiraquel. in l. si unquam, verbo Revertatur, n. 293. & ex illis verbis, careat penitus impetratis, legis & si legibus, C. si contra ius, transcriptis in c. sales, hoc tit. ubi verbum, penitus, importat nullitatem ipso iure, iuxta textum in c. fin. de parnis. Probatur etiam ex cap. ad aures, ibi, vires nullatenus obtinere: cap. dilectus, ibi, viribus careat decernas, hoc tit. ubi dubitari non potest, verba illa nullitatem exprime ipso iure, ut ex similibus locutionis genere deducitur ex lege prolatum, C. de sententis, c. quod in dubio, de remanentione, c. ex hoc, de officio deleg. Accedit etiam & illa ratio, quod non aliter rescripta concedantur, quam sub illa conditione tacita, si preces veritate nitantur, cap. 2. hoc tit. At quoties rescripta sunt subreptione, deest illa conditio, qua deficiente, rescripta ipsa vitari necesse est, argumento textus in lib. item quis 4. §. 1. ff. de patris, l. si quis 37. ff. de contrahenda empti. l. necessario 8. §. quod si, ff. de periculo & com. ergo rescripta justitiae, sicut gratiae, ipso iure nulla sunt. Quibus, & aliis fundamentis ita docuerunt Abbas Siculus, Barbatia in cap. 3. hoc tit. Beronius in praesenti, l. 2. ex num. 6. Quae opinio retenta contrariae sententiae fundamenta non obtant. Non primam deductum ex equiparatione contractum bona fidei & stricti juris; nam licet admittamus illam differentiam in contractibus, non tamen inde evincitur idem dicendum esse in rescriptis; nam aliud est decipere privatam in contractibus, aliud, & quidem gravius, Principem. Unde in poenam huius falsitatis.

falsitatis, tam iustitia, quam gratia rescripta nulla sunt. Neque etiam contrarium suadet presens textus; nam licet rescriptum dolo impetratum sit ipso iure nullum; tamen cum dolo & fraudis non praesumatur, nisi probentur, necesse est ostendere fraudem intervenisse, cum aliter de nullitate rescripti apparere non possit; & ita accipienda sunt verba huius textus, & alia supra relata.

Maculque egimus de rescriptis per subreptionem impetratis, ex dolo, & fraude: nunc agamus de rescriptis impetratis ex simplicitate & ignorantia, quo casu distinguendum esse docetur in presenti textu, & significat inter eam causam, in qua falsitas suggesta, vel veritas suppressa illa erat, quae quamvis iustitiam, vel expressa, nihilominus Pontifex rescriptum concederet; & tunc rescriptum vires habet: & cum casum, in quo falsitas per ignorantiam suggesta, aut tacita induceret, ut nunquam Pontifex litteras concederet; & tunc rescriptum vires non habet: quod etiam docetur in c. constitutus 19. hoc titulo, c. Audum 34. de elect. c. significatibus 38. de officio del. c. bonis de confirm. utili. Tunc enim licet non propter culpam impetrantis, propter defectum tamen voluntatis in Principe rescriptum vitiatum, ut docet Basilus d. l. 3. c. 16.

Ex quibus iam apparet praesentis decretalis vera decisiva ratio; cum enim dolo suus nemini patrocinari debeat, c. f. de dolo, cum sequenti hoc tit. l. ita demum 36. ff. de arbitris, l. iudex 12. ff. de dolo: mendax preceptor carere debet litteris impetratis, l. unversis 7. C. de iudic. rescripti. D. August. in D. Joan. ubi ait: iuris esse forenses, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi proficiat, quod impetravit, ne ex malitia sua commodum consequatur: l. verum 5. tempus, ff. pro socio, l. in fundo ff. rei vindic. qui enim aut per obreptionem, aut per subreptionem rescriptum consequitur, magnum delictum committit, aliud agendo, & aliud simulando, sive per expressionem falsitatis, sive per subreptionem veritatis; dolo enim magnum delictum est, l. 1. ff. de libell. tutor. l. item exigit, ff. de dolo; quod non debet impunitum remanere, l. si fraudetur, ff. de dolo exceptione; nec etiam mendacium, quod committit, cum to iuris functionibus inventam praeripiunt, mendaces varis penis puniuntur, l. si autem 27. l. ult. ff. de rei vind. l. qui se liti 45. ff. de iur. iudic. l. inde 23. §. hoc actio, ff. ad l. Aquil. l. de arto 11. §. si cum esset, ff. de interdig. l. 4. v. iudicium, ff. quod cum eo, l. sed hoc 22. §. 1. ff. de re iudic. l. computati 88. §. si quis, ff. ad l. Falcid. l. si servus 22. §. ult. l. electio 26. §. neque, ff. de noval. l. si dicitur, §. 1. ff. de iudic. l. si quis 24. §. si quis, ff. de iur. i. l. 1. C. ad Macedoniam l. 2. §. C. si minor, l. contra 4. C. ad l. Aquilam, Plura Cailillo l. 3. contrari, c. 18. Eringius de iudic. p. 1. c. 27. n. 10. Quare praeter penam falsi, quam iubit, l. si quis 29. ff. ad l. Corn. de falsis, nulla poena aptior huic delicto apponi potest, quam ut privetur impetrator commodo rescripti impetrati. Patet, nam generaliter obreptitia non valent, l. 3. C. de praedi. & aliter res, l. si quis obreptit 29. ff. ad l. Corn. de falsis, l. rei 55. ff. de administr. tut. l. cum vero 26. §. 8. ff. de iudic. libere. l. 3. §. quibus, ff. de Carbon. edito. Accedit, nam rescriptum impetratum simulata veritate, aut suggesta falsitate, non creditur impetratum ex Principis voluntate, ut notatur Decius, Pelinus & Canisius in presenti; quia deficiente veritate in narrativa, deficit voluntas in Principe, qui concedendo circumvenitur, c. constitutus, de concess. pene. eleganter Cassiodor. l. 5. v. iudic. c. 24. Rogari enim in iudicio causis non fraudari Principem docet; quia negligentia obitum esse praesumptiones responso, ut p. c. 6. §. 10. n. 15. Unde cum rescripta pendente a voluntate concedentis, deficiente ea, vires non obtinent. Secundae partis praesentis assertio, videlicet rescripta per falsas preces, sed per ignorantiam & simplicitatem appositas, valere: ratio ex eo provenit, quia ignorantia, & simplicitati est indulgendum, c. scripta 3. de concess. dicit. 2. c. 2. in fin. de transit. Episcopi, c. cum unversorum, de ver. permitt. l. genere 8. de his quibus infam. l. si pater iustor. 29. ff. mandari. l. de die 9. §. si servus, ff. qui falsifacit, l. 1. §. in fin. ff. de edendo, l. in C. de testam. l. 2. ff. si quis ius vocatus 3. l. 2. §. ult. ff. de suspens. tutor. l. 3. §. si quis ignorans, ff. ad Sylvestr. l. tutor 16. §. 1. ff. de pigmunt. l. 3. C. de his qui sibi adiutoriam & c. spandit, de Cleric. excom. Titus de penis causa 11. Menoch. de arbitrar. casu 193. unde rescriptum ita impetratum valere, & vires obtinet, si Pontifex aequaliter concessit illis.

Non obstat ratio dabitandi supra adducta; nam quamvis celare veritatem non fit ex se mendacium, c. nequis 14. 22. q. 2. cum mendacium tantum sit falsi vocis significatio cum proposito fallendi, ut ex D. Aug. & alii Patribus docet Gratian. in c. v. rito, §. i. l. i. §. 2. D. Th. 2. q. 110. m. 1. Praceptor D. Iosephus de Ketesi l. 7. opus. c. 3. n. 5. & veritas cellatio nullam vocis significacionem habet, sed tantum dissimulationem; tamen cum ex dolo dissimulatio contingit, pro mendacio habetur exceptis quibusdam casibus relatis in c. quatuor, cum aliis 22. q. 2. unde quod invaliditatem rescripta aequali virtute est subreptionis, aut obreptionis, c. quibus 8. 21. q. 3. quod & l. praescriptio, C. de contrah. ius. clare docetur. Similiter in additio est dantur actiones ex testamentis, sicut ex dicto & promissis, d. 1. l. 38. ff. de adit. dicit. Nec obstat augmentum deductum ex d. l. 1. l. 38. ff. de iur. iudic. pro cuius expositione plura tradunt Cuius in eo textu, n. 4. Bartolus d. 3. Jalon n. 1. Baldus n. 20. Castren. n. 2. & alii relati a Barbosa ibi. Molan. in fructibus, 2. p. n. 8. quibus omnibus explosis, respondendum est, duplicem esse cognitionem delegatam, quando ex commisione Pontificis causa committitur. Prima est de veritate aut falsitate ipsius rescripti, in quo ad instantiam partis pronuntiat delegatus; & si rescriptum per falsas preces impetratum fuisse declaraverit, protinus in negotio price-

De veritate ex ignorantia suppressa.

TO Traditur rescripti dolo vitiatum.

TI Dissimulatio dubitandi ratio.

pali superedere debet; si autem valere rescriptum pronuntiet, tunc incipit secunda cognitio, in qua causa principalis dicitur: quam distinctionem praesentis Pontifex in praesenti, versiculo, forsan; & de hac praesumpta dicitur rescripti, casus finis est inquirere, & pronuntiare de veritate precum, Imperator loquitur in d. l. praescriptio, adherentes exceptione falsitatis opposita pro tenore veritatis, iudicem cognoscere oportere, quia iudex de qua recognovit, de eadem pronuntiare debet, l. de quere, ff. de iudicis; prosequuntur Imperatores, iudicem proferre sententiam debere, id est pro valore, aut nullitate rescripti pronuntiare. Nec obstat secundum argumentum, cui eodem modo satisfaciendum est; iudicium enim, quae delegatus utitur, quoad precum veritatem inquirendam, non ex commisione rescripti, sed a iure communi pendet, l. si quis 5. C. si contra ius. Nec secunda difficultas obstat; nam generaliter verum non est, quamcumque ignorantiam exulare impetrantem a vitio falsitatis; distinguendum enim est inter ignorantiam iustam, & probabilem; & inter iniustam & affectatam: ignorantia enim iusta & probabilis exulat, ut in aliis casibus, de quibus in c. 3. §. 1. de claudic. despons. c. eos, de tempor. ordin. l. 6. c. p. n. de cleric. excom. l. nec supponit, ff. de iur. i. c. facti, l. 1. §. 1. ff. si meior fallam, l. 1. §. 1. ff. si quis, qui testam. libere, l. si filius 29. in prin. ff. mandari, l. quatuor 8. §. illud, ff. de praecario: affectata vero non exulat ab aliis penis, & sic nec a nullitate rescripti per falsas litteras impetrati. Nec argumentum huius difficultatis obstat; nam satis possibile omnibus visum est, cognoscere an Pontifex aequaliter concesserit, necne, cum conceditur gratia, quae de iure, vel Curiae stylo solet concedi; quod fecus est, quando id, quod conceditur, de iure vel stylo curiae concedi non solet; nam tali casu praesumptum subreptionem fuisse causam inducivam. Ita post antiquiores in praesenti docet Millianus p. 3. n. 5.

Adhuc superiori assertioni adverterat textus in c. quia circa 6. de consens. & assens. ubi proponitur, consanguineos intra 5. gradum (iure enim antiquo ante Concilium Lateranense prohibuitur erat matrimonium inter consanguineosque ad septimam gradum, c. nullum, c. nulli 35. q. 3. c. ad selem, 35. q. 5.) ut dispensationem ad contrahendum matrimonium a Pontifice consequerentur, dixisse bona fide se prolem susceperisse (urgens enim causa est dispensationis, si proles bona fide susceperit, c. 2. q. 2. sicut et contratio susceperit mala fide difficultat redit dispensationem: quo modo conciliandus est textus in c. non habet, de eo qui duxit consanguineam, cum d. c. qui cerce; per ignorantiam tamen falso allererunt prolem susceperisse, cum tempore impetrationis non esset; & cum expressio huius falsitatis impetrationi causam dedidit, & consultus fuisse Innocentius III. circa valorem matrimonii, decrevit sustinendum esse, ut remaneret in matrimonio, id est non obstante falsa causa, matrimonium recte contractum esse: ergo falsa narratio per ignorantiam Pontifici facta non vitiat rescriptum; etiam causa praecipua esset conceptionis. Varia pro huius textus interpretatione adduxerunt Interpres, inter quos illa communiter recepta est solutio, videlicet in eo textu primam dispensationem nullius fuisse momenti; ceteram ex Pontificis indulgentia, qui cogitavit invaliditate matrimonii, conjuges sustinendos esse in matrimonio respondit, induci secundam dispensationem validam, cuius virtute sustinetur matrimonium. Ita docet Speculator tit. de dispens. §. si sine de Episcopo, n. 27. Bertachin. de dispens. l. 4. tit. 2. q. 4. n. 130. Silva de benef. 4. p. q. 7. n. 116. Covarr. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15. Sed hac solutio late convincitur a Thoma Sanch. l. 2. de matrimon. disp. 38. n. 12. quare ea omittenda dicendum est, in specie illius textus, conjuges in petitione dispensationis pro causa expressisse prolem susceptam, quae causa expressio pro varietate temporum ponit esse falsa, & vera. Palla, si tempus petitionis, impetrationisque incipiat, quo tempore proles suscepta iam ex rebus humanis exempta erat, & in hoc locum dixit Pontifex, causam falsam esse. Vera si inspicere tempus, in quo proles suscepta vivebat: & quia licet stricto iure rigore considerato, partes tenerentur ex primere, an viverent, an decederent; tamen propter bonam fidem, quam habebant, existimantes sufficere in precibus narrare prolem susceptam fuisse, quamvis nullam mortis mentionem facerent, matrimonium sustinetur: unde fit, ut cum iuris regula doceat eos, qui bona fide matrimonium contraxerunt, admonendos non esse; si scandalum ex admonitione imminet, merita Innoc. III. ob scandalum imminens periculum dissimulandum esse praecipit in ea specie. Ita docuerunt Sanch. ubi supra n. 11. Guttieri. de matrim. q. 49. n. 1. Barbosa in eo textu, n. 5. licet aliter eam accipiat Basilus lib. 8. de matr. c. 16. n. 7.

Secundo superiori assertioni opponitur textus in c. ex par. 13. de privileg. in illis verbis: Quamvis ipse non erat ignorans. Ex quibus delecti glossa ibi, verbo non erat; quod ut rescriptum tantum subreptionem vitietur, desideratur, ut tacita veritate scienter sit impetratum. Igitur si per ignorantiam veritas suppressa, quae expressa in contrarium Pontificem moverat, ut in ea specie veniret expressis privilegii, quae fuerunt suppressa, argumento textus in c. cum Ordinem 6. hoc tit. non vitiat rescriptum. Qui difficultati, omittis solutionibus traditis ab Hottens in eo textu, qui supplet, & reponit dictionem, Maxime; & Panorm. ibi, n. 5. Socino n. 2. qui affirmant idem in eo casu rescripta valida fuisse, nulla exemptionis facta mentione, quia privilegia illa jus erant naturae, ut producerent exceptionem peremptoriam; quo casu necessaria non fuit eorum mentio, ut rescriptum subsisteret, ex l. 2. C. si contra ius, §. 1. de liti. concess. l. 6. quibus omnibus, verius dicendum est, in verbis supra relatis proponi litigatoris, hoc est monasterii, allegationem & quam-

17 Exponitur c. quia circa 6. de consensu.

13 Intelligentur capite ex parte 13. de privileg.

& quamvis Pontifex simili allegationi desulerit, non id fecit, quia existimare scientiam privilegii necessarium esse ad rescripti nullitatem, sed quia falsi scientia interveniente, constabat aperte rescriptum indifficium nullum fuisse, iuxta praesentem textum. Nec argumentum ibi a contrario sensu per Doctores deducum, debet admitti, cum exinde sequatur absurdum. Alia pro ipsius textus expositione adducunt P. Suarez de legib. lib. 8. cap. 20. Salgado de protectione, p. 1. c. 1. num. 207.

Tertio superiori assertioni opponi potest textus in c. significat. 34. hoc tit. ubi docetur, quod si preceptor rescripti errore ductus in precibus populi reum esse dioecesis Rhemenfis, cum esset Leodiensis, rescriptum nullum esse: sed nemo negabit Pontificem aequaliter concesserit rescriptum, etsi verum narratum esset, cuius civitatis incolae reperiret impetrator. Igitur est per ignorantiam falsae preces proponantur, & Pontifex aequo consensur esset, rescriptum nullus momenti esset. Augetur hac difficultas ex eo, quod certum iuris principium est, falsam demonstrationem non nocere, praesertim ubi de persona, aut re constat, l. demonstratio 37. l. quibus 40. §. qui dotalis, ff. de condic. & demonstr. l. 4. ff. de legat. 1. l. 2. Cod. de falsa causa: ergo licet errasset impetrator in demonstratione dioecesis, rescriptum sustineri debebat. Pro ha-

ius textus interpretatione varia adduxerunt interpretes. Compustellanus, & Innocentius ibi, docuerunt ideo rescriptum vitari in ea specie, quia propter falsam demonstrationem loci de certa persona non constat, & ideo ob incertitudinem rescriptum vitari, argumento textus in l. duo sunt, ff. de testam. tut. l. legavit 25. ff. de liberat. legat. l. si de 75. §. si mihi, ff. de legat. 1. Eos sequitur Barbosa in eo textu, m. 4. Aliter Millianus in presenti, 2. p. num. 16. existimavit litteras falsas extitisse, quia cum rescripta stricti iuris sunt, non debent ad locum in eis omnium extendi. Sed ferre placuit doctrina Joann. Andreae in dist. cap. significat, existimantis multum interesse, an is qui falsam demonstrationem dioecesis adiecit, idem consequeretur, si veram dioecem expressisset; & tunc similem errorem non vitare rescriptum, si constet de corpore: an vero certa dioecesi expressa Pontifex aequaliter rescriptum non concederet, forsitan ob nimiam distantiam, ex cap. annullati 29. hoc tit. ut eveniebat in d. cap. significat; & tunc rescriptum nullum momenti esse, quia suppressio veritatis rescripto causam dedit, ut considerat Abbas in eo textu, n. 9. Ad hoc etiam commentarium spectant textus in cap. si motu 22. de prob. lib. 6. quem expoluit supra in c. ad aures; & textus in c. per vestras, de donat. inter, cuius interpretationem dabimus in ejus notis.

G A P U T XXI.

Idem Abbati, & Conventui a Praemonstratensi.

Edoceri postulasti a nobis, utrum per litteras adversus Abbatem (nulla mentione habita de suis Conventibus) impetratas teneantur Abbatibus ipsi super causis (quae ad Conventum pertinent, & eisdem) de ipsis querelantibus respondere: ac licite inhibita fit appellatio, per appellationis obiectum possint (ne respondeant) se tueri. Super quo duximus respondendum, quod (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quominus debeant auctoritate litterarum huiusmodi legitime respondere: cum ex officio ius teneantur congregationum suarum negotia procurare. Nisi forte Abbatis, & Conventus negotia essent omnino discreta.

NOTAE.

1. Praemonstratensis. Praemonstratum est Dioecesis Laudunensis, caput sui Ordinis, fuit regula D. Augusti temporibus Galisti II. & Ludovici Grafi Galliarum Regis institutum, ac fundatum fuit an. 1140, ut refert Albericus Monachus in Chron. per hoc verba: Ordo Praemonstratensis capiti per virum mirabilium Dominum Norbertum, natione Teutoniam; & fundatus est Ecclesia sub Episcopo Bartholomaeo, in Dioecesi Laudun. Plura de eius origine & progressu consulerunt Joan. de le Page in Biblioth. Praemonstr. Mauritius in anal. ipsius Ordinis, Yepes to. 7. librum. D. Bened. fol. 162. Gabr. Pennot, lib. 2. hist. Canonie, reges. c. 70. Chopin de sacra polit. tit. 3. num. 7. Tamayo a Salazar in Marcy, Hist. die 6. Jun. Boli, in notis ad Innoc. III. l. 1. ep. 4. Manric, tom. 1. anal. Cist. an. 1190. c. 8. Pr. Sarmatani tom. 4. Gallia Christ. fol. 733. F. Franc. Duval in vita S. Norberti, Baldinus eius Monasterii Abbati missa est praesens epistola, quae etiam reperitur in terra collectione, sub hoc t. p. 11.

COMMENTARIUM.

2. Ceterum est, ad Abbatem curam, & administrationem rerum sui monasterii spectare, ideoque & sine mandato monasterii causis ipsis in iudicio tractare valere, c. causam que 9. de iudicis, cap. auditis 15. de praeser. c. cum olim 16. de resp. spol. & si aliquando proponatur, Abbatem & Monachos in causis monasterii querelam propoluisse, ut in c. ex transmissa 10. de prescrip. inde non evincitur, Abbatem solus non posse per se in iudicio comparere, etsi quoad alios actum, qui ad collegium pertinent, non nisi ex consensu ipsius monasterii majoris, & sanioris partis possit ea expellere, veluti fuit monasterium ius praesentandi perineat; namque tunc si solus praesentare intendat ad beneficium, monachorum consensus desideratur, cap. nobis, c. ex notitur, de his, qui sunt a Praelat. Lamber, de iurapat. pag. 1. quest. 2. a num. 2. Sanchez l. 7. sum. cap. 14. num. 7. qui exponit textum in cap. ex litteris 7. de iurapat. Unde cum quoad negotia monasterii procuranda praecipue attendatur persona Abbatis, ideo per rescriptum impetratum contra ipsum, nulla monasterii facta mentione, ipse efficaciter conventur, nisi negotia Abbatis, & Conventus sint distincta; quia tunc per rescriptum impetratum contra Abbatem, super negotio monasterii Abbas conventiri non potest.

G A P U T XXII.

Idem Archiepiscopo, & Magistro Vu. Canonico a Magdeburgensi.

Cum dilecta in Christo filia R. c. Custos Hefensis Ecclesiae, ac d. procurator G. Monialis, super electionibus in eadem Ecclesia & celebratis litigerant aliquandiu coram nobis: Et infra: Deprehendimus litteras ad Abbatem de Remech, & vos iudicibus impetratas, per subreptionem obtentas, cum in eis illius articuli videlicet ad b. Scolasticum Hildensem, & conjudices suos obtentis infortis fuerat, de quibus in secundis litteris mentio non febat: & ideo, quod ipsum litterarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. Dicitum insuper Scholasticum, & conjudices suos invenimus minus provide processisse. Cum enim in litteris nostris eisdem principaliter mandaretur, ut ad praedictam Ecclesiam personaliter accedentes, persone idonee administrationem committerent Abbatie, cui ad opus eius fieret hinc inde resignatio subcontractorum, ipsi formam mandati Abbatis, illi capitulo praetermissis, de aliis articulis inordinatè plurimum cognoverat: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatum, irritum decernimus, & inanem. Ideoque mandamus, quatenus G. & quibusdam aliis Sororibus Ecclesiae (sicut iustum fuerit) restituitis, & forma mandati nostri exacta diligentia observata, in negotio ipso ratione praevia procedatis.

NOTAE.

1. Magdeburgensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 22. Magdeburgum celebris est Germania Metropolis, cui subsunt quatuor Ecclesiae Cathedralis, ut refert Auceps de Primata Ecclesiae Brachar, c. 4. num. 10. Idem in notis ad Innoc. l. 1. ep. 118. Eam instauravit Imperator Otto, & magno splendore exaltit, & privilegii excoluit, ut refertur Buzelinus in 3. Germania sacra, fol. 65. Altero eius Praefuli missa est praesens epistola, & praesentis causae mentionem facit, nulla exemptionis facta mentione, quia privilegia illa jus erant naturae, ut producerent exceptionem peremptoriam; quo casu necessaria non fuit eorum mentio, ut rescriptum subsisteret, ex l. 2. C. si contra ius, §. 1. de liti. concess. l. 6. quibus omnibus, verius dicendum est, in verbis supra relatis proponi litigatoris, hoc est monasterii, allegationem & quam-

institute, & officio plura Daurenus de sacris Ecclesiis, l. 1. c. 19. Azor, l. 3. institut. c. 22. Cesar de Hierarchia, disp. 12. §. 4. Barbosa de canonis c. 10. Elcobar de Pontif. c. 8. Chopin. de sacra polit. lib. 2. fol. 70. Petr. Greg. l. 15. synagoga, c. 19. Mendo l. 2. de iure mathematico, q. 18. n. 202. b. Dilecta. Ita appellantur Moniales Abbatissae, & aliae feminae dignitate praesergentes, c. dilecta; de except. c. 2. de testam. c. dilecta, de majorit. c. nova de praesentibus. c. Custos. Licet temporibus nostri textus clausura monasterii non ita stricte fuisse observata, ac post Bonificii constitutionem, de qua in c. 1. de statu regularium, l. 6. invenitur tamen statuta jam primis Ecclesiae saeculis, egressusque monasterium a monasterio, & ingressus externorum in ea damnari reperiantur in Concilio Carthaginiensi III. c. 44. ibi: Ut virgines sacrae cum parentibus, a quibus custodiebantur, privata fuerint, Episcopi, vel Praesbyteri, ubi Episcopus absens est, provident.

ria gravibus feminis commendatur, aut simul habitantes, insi-
 cera se custodiant, ne passim vagando Ecclesia ledant existima-
 tionem. Synodo Trullana canone 44. Quia vitam exercitatoriam ali-
 quibus, & in monasteriis sunt constituta, ne omnino exeat. Et
 can. 47. Ne in circuitu monasterio mulier, neque in mulierum vi-
 domine: si quis fecerit, clericus, & sicut laicus, excommunicatur. E-
 patiens can. 38. Monasteria nullatenus nisi probate, & a-
 tis prececa, ad quoscumque eorum necessitates, vel ministraciones
 laici permittantur intrare. Cabilonensis sub Carolo can. 63. Nul-
 lus vassallus, Abbatissæ minister aliquis, nec clericus, nec laicus cla-
 vstra ancillarum Dei ingrediatur, nisi forte, quando necessitas operan-
 di incumbit. Alia juris testimonia congregaverunt Anton. Aug.
 in epitome jur. Pontif. lib. 9. tit. 18. Gibalinus de clausura dig.
 1. c. 1. n. 5. & nos plura dabimus in c. monasteria 8. de vi-
 ta, & honest. cleric. Ut ergo hæc disciplina Ecclesiastica serva-
 retur, ne videlicet moniales e monasterio exirent, aut extra-
 nei in eum ingrederentur, omni awo observatum fuit, ut una
 ex illis, que in monasterio primæ erant, ab Abbatisa custo-
 dia monasterii præficeretur, quæ cultus in presenti dicitur.
 Cui ministerio prepositum fuisse S. Ephrasiam refert Sarius
 in mense Augusti; ex quo, & aliis Patribus ad probat Tambur.
 de iure Abbat. disp. 18. quest. 2. Quo sensu cultus in presenti
 textu accipitur pro moniali clausura monasterii preposita.
 d. Procurator.) Cum enim causa esset Ecclesiastica, & co-
 ram R. Pontifice disceptaretur, potuit clericus in ea conti-
 tuari procurator, cap. cum M. de cons. pro laicis enim, & co-
 ram iudicibus laicis, clericis negotia procurare non licet, c.
 2. ubi dicimus, ne clericus, vel monach.
 e. Celebraris.) Alia enim moniales elegerant R. custodem
 in Abbatiam monasterii, alia vero aliam; unde super iis ele-
 gionibus præfens lis vertebatur, ut conitat ex cap. ad proban-
 dum, de re iudic.
 f. Coram nobis.) Ex his verbis deduci videtur moniales posse
 iustitiam proferenda causa e monasterio exire, & R. Pontifi-
 cem adire; quod illis olim licuit facile probatur ex Conci-
 lio Veranensi, seu in Palatio Veri celebrato temporibus Pipi-
 ni, c. 6. Tardensis III. temporibus Caroli Magni c. 30. Cabi-
 lonensis, eodem imperante, c. 37. Moguntino sub Rabano
 c. 13. & 16. ubi prohibetur, ne deinceps Abbatissa exeat e

monasterio, nisi urgente jussione Regia, seu hostilitate cogente.
 Sed adhuc credendum in presenti causa non per se, sed per pro-
 curatores coram R. Pontifice moniales comparuisse, quod evin-
 citur ex illis verbis, clericus procurator, & illis, clericus qui pro
 eodem negotio venerat. Ex quibus deducitur, ipsos clericos, ut
 procuratores monialium comparuisse: sed procuratorum proprie-
 tatem, qui ablenis negotia curat, h. si lre, c. Theodos. de
 cognitoribus, Ciron. ad tit. de procur. ergo supponit Pontifex pro
 monialibus absentes clericos, ut procuratores comparuisse.
 g. Resignatione.) Resignationis vox varias habet significa-
 tiones: plerumque significat, quod signatum est aperire, h. si re-
 stitueretur, & ff. qui testamentum, l. 2. ff. ad Cornel. de falsif. Plau-
 tus in Trinomio. Cicero lib. 1. epist. 7. & in epist. ad Mace-
 nat. plerumque significat perfecte signare. Virgilius lib. 4.
 Æneid. libi.
 Et lumina morte resignat.
 In presenti tamen accipitur pro reddere, aut restituere; quod
 modo etiam sumitur apud Horatium lib. 3. sat. pen. Resignat
 que dicit: & lib. 1. epist. 7. Cuncta resigno. Quare, ut ju-
 beat Innoc. ante omnia cuncta esse restituenda, ait esse resi-
 gnanda.
 h. Scholasticum.) Scholasticus in utroque jure, & apud
 potiores nota Auctores accipitur pro Advocato. Conc. Sardic.
 c. 10. Scholasticus de foro Episcopi fuerit popularis. Atric. c. 99.
 Constituentibus Scholasticus: l. 2. C. de iure Advocatorum, que est
 lex 2. C. Theod. de concess. Advoc. D. Aug. 11. 7. in Joannem.
 Qui habent causam, & volunt supplicare Imperatori, quantis ali-
 quem Scholasticum iuris peritum, Plinius, Pallad. & alii relati
 a Baronio in margul. die 6. Febr. Synesius, Basil. & Theo-
 doretus, ex quorum epistolis probat Jac. Gothof. in d. l. 2.
 C. Theod. Unde cum pro viro docto, & literis polente scho-
 lasticus communiter acciperetur, ideo Canonici in Ecclesiis
 constituti in Magistris Scholarum, ceperant Scholasticos appel-
 lari, ut probant Casar de Ecclesiast. hierar. dist. 13. q. 3. n. 4.
 Herrera in origine sacrisse hisse, c. 5. Mendo de iure studii, 2.
 18. Quare cum Magistro Scholæ præfens causa commissa esset,
 dicitur delegata Scholastico. Ex hoc textu deducunt communi-
 ter Interpretes, omnia acta per litteras subreptitias, ipso
 jure nullas esse, quod principium expofui superiori commentario.

G A P U T XXIII.

a Idem.

Plerumque contingit, quod aliqui (nostris litteris imperatis) illis uti multo tempore postponentes, tum de-
 mum eas exhibent, cum aliarum autoritate ab eis, contra quos primitus litteras impetrarunt, ceperint conveni-
 ri, dicentes posteriores litteras non valere, utpote non factientes de prioribus mentionem. Cum enim non fit mali-
 titis hominum indulgentiam, statimque, ut si quis nostras litteras impetrans, infra h. annum postquam copiam judi-
 cum habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit uti eis, autoritate posteriorum litterarum valeat conveniri,
 sicut in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

N O T Æ.

a Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit.
 cap. 13. nullibi tamen exprimitur, cui Prælato rescribit
 Innocentius, nec inter eius epistolâs hucusque editas reperitur
 præfens textus.
 b Annus.) Quare rescripta debent diem, mensem, & an-
 num continere, alias suspecta de falsitate redduntur, c. inter
 de fide instrum. l. 4. C. de divers. rescriptis, plurim enim interest
 scire diem concessi rescripti: tum ut cognoscatur, an annus
 elapsus sit, ut qui illud impetravit, eo uti non possit, ex præ-
 senti textu: tum ut si post primum secundum expeditur, prio-
 ritas eorum ex data cognoscatur, c. capitulum 30. hoc tit. ob-
 quos, & alios juris effectus, de quibus in c. cum se, c. consi-
 sus, hoc tit. c. si eo tempore, eodem tit. l. 6. utriusque juris con-
 ditores itauerunt, ut rescripta, testamenta, contractus, & alii
 actus humani diem, & indictionem continerent; quod ut fa-
 cilius percipiatur, observandum est, olim jure civili inspecto
 constitutiones generales sine die, & Consule prolata auctori-
 tatem habuisse, ut testatur D. August. in collat. cum Donatistis
 die tertia, ibi: Evidentissimi legibus definitum est, Imperialis con-
 stitutio, etiam si Consules non legerunt, in dubium non revocari.
 Et paulo post: Etiam si Consules non legerunt, non Imperialis consti-
 tutio veritatem. Quam etiam morem adeo Ecclesia olim ob-
 servavit, ut in Summorum Pontificum decretis, Conciliiisque
 sollicitas potius suspicio foret, diem aut Consulem expressum
 habere: idem D. Augustinus ubi supra, c. 17. Hæc de causa Cir-
 tansæ Concilium falsi arguebat quia (inquit) contra Ecclesi-
 sticam consuetudinem Ihsion Christe Concilium dicit, & Consulem
 habere; licet annus Domini, sive annus gratiæ, aliquando Im-
 peratoris, ac denique Consulum statum non apponi
 consueverit, ut observat Cironius l. 3. observ. c. 7. & ad hunc
 titulum c. Mendosa l. 1. Consi. libet. c. 10. Idem fere in ci-
 vilibus Constitutionibus evenit, ut scilicet diei, aut Consulis
 defectus veritatem non infringere, solemnitate tamen lederet;
 veluti in testamentis testatur Modest. l. 3. regul. sub tit. de bo-
 nis libet. & testam. apud Pitheum ante collat. legum Mosæ, ibi:
 Cum testamentum dicit, & Consules adjecti non sunt, non necesse
 minus valas testamatum; licet in eis adscribi solere indicent
 textus in l. 2. §. item, ff. quomodo, testam. l. 3. C. de test. No-
 vella Justiniani 107. Sic leges, rescripta, pragmaticæ sanctio-
 nes, & ceteræ alia Divales constitutiones postea non sine die,

De die,
 aut data
 rescripti
 ex utroque
 Jure.

& Consule propenebantur, id ita curante Magistro libello-
 num, sive eo absente, Promagistro qui vicem Magistri libello-
 num habebat, epistole officii erat, ut rescriptis, diem, &
 Consulem adiceret: Sic etiam antiqui libelli formula: quam in
 lapide vetusto Romæ stare testatur Briffonius lib. 3. antiquit.
 c. 7. & l. 3. de formulis, Osiwaldus lib. 1. comment. c. 9. Re-
 vordus ad legem 72. ff. de regul. jur. I. Gutherus l. 1. de offi-
 cii domus, c. 3. in quo postquam rescriptum esset ab Antonio
 Pio, Peretrium heri placit; additur illa subscriptionis clausula,
 Jurensius Celsus Promagistri subscripti tertia nonas Novembrii, An-
 tio, Poliona, & Optiano Coss. Hæc tamen licet ejus studii essent,
 aliquando tamen, aut negligentia omittentur, vel aratis fen-
 tio in rescriptis, ceterisque constitutionibus deesse solebat,
 ut conjectari licet ex tot constitutionibus, quæ sine die, &
 Consule circumferantur, ut lex 3. C. ad Trebell. lex 6. C. de
 usufruct. pro empt. lex 1. C. de hered. insti. lex finalis, Cod. si
 per ignor. lex 1. C. qui admittit, lex stipendia 9. C. de procur.
 lex 4. & 5. C. de iure fisci, lib. 10. lex 2. de decur. eod. lib.
 2. lex 2. C. ut in possess. lex 1. C. de patria potest. lex 4. & 5.
 C. de iure fisci, lex 3. C. Theodof. de cons. Principum, & in al-
 iis, quæ tamen non auctoritate carebant, antequam relate
 eissent in corpore juris a Triboniano, nec postquam fuerant
 relate, si in aliis Codicibus inveniuntur, qui Justinianum
 præcesserunt. Hæc tamen mutata fuerunt Imperatoris Constani-
 tini constitutione, que refertur in l. 1. C. Theodof. de diversis
 rescriptis, scripta ad Lufyanos, ut habetur in Codicibus Joan-
 nis Pili, Cajacii, Pithei, licet in Codice Justiniano in l. 4.
 eodem titulo, legatur ad Lufyanos, mendose, ut etiam in sub-
 scriptione Samaritæ, cum non nisi Sabaræ, legi debeat, de qua
 Hispania urbe egi in subscripti. Consi. libet. Hac itaque
 Constantini lege fuit sancitum, ut deinceps edicta, & constitu-
 tiones, quæ sine die, & Consule fuisse deprehensa, auctori-
 tate carerent, Baroniis anno 312. num. 15. quod & Gratia-
 nus ad suum relictum decretum in c. dicens, 25. qu. 2. & in
 ordinationibus Episcoporum, & Clericorum idem statutum fuit
 in Consi. Milevit. idemque firmavit Imperator Lotharius in
 legibus Langobard lib. 2. tit. 38. ibi: In hisbus Italia, que sunt
 absque mensis, & die mensis, nullam habent vigorem. Iustinianus
 tamen idem abrogavit, statuens non vitari rescripta, eisi si-
 ne die, & Consule referantur, si relate fuerint in corpore ju-
 ris, leg. unica, §. penul. Cod. de novo Colicæ faciend: ad quod
 jus respiciens Tribonianus, transcribens dictam Constitutioni

Schola-
 tus Quis

con-

COMMENTARIUM.

Constitutionem ex l. 1. Cod. Theodof. de divers. rescriptis, in l. 4.
 C. eod. tit. pro illis verbis, si qua post hæc edita, sive consti-
 tutionis; substituit, si qua beneficia personalia; quasi tantummo-
 do de beneficiis personalibus, sive privilegiis id dici potest,
 cum non sit (utpote quia quotidie conceduntur) relate in
 corpore juris, nec die, ac Consule indigeant, ut tempus com-
 putetur (per Consules enim tempus probatur, l. si arbitret
 28. de probat.) intra quod ea infirmari, & allegari oportet,
 si temporalia sint, l. 2. C. de delictis, rescripte. vel ut intelligatur,
 an jam sint sub generali revocatione contenta, quæ ab Im-
 peratoribus initio sui Imperii frequenter fiebant, l. privilegia
 C. de pagani. Aequius sane voluit Constantinus, ut omnem
 falsitatis suspicionem a rescriptis, & constitutionibus amove-
 ret, quod non facilius, aut evidentiis, quam per diei, aut
 Consulis adjectionem convincitur, leg. cum tabernam 34. §. 1.
 ff. de signor. & ea ratione in instrumentis apponebantur, lib.
 1. §. aditiones, ff. de eisdem: Cicero lib. 13. epist. 29. D. Au-
 gust. in comment. ad Lucam: Nam si Consules, ait, adscribuntur
 tabulis emptoris, quanto magis resumptionem omnium debuit tempus
 adscribi. Hæc ergo omnia, qua in contradietibus esse consueverunt.
 Et l. optimam, C. de contrah. stipul. l. 2. §. ult. ad Terrill. Ita
 etiam observatur in libellis acculatoris, l. 8. C. Theodof.
 de iurif. & in apochis publicis, l. 1. Cod. de apochis publicis,
 lib. 10. Scriptura etiam non valebat, nisi annus, & dies evi-
 denter ostenderetur, ex legibus Aleman. c. 43. Vuisgoth. lib.
 2. tit. 5. l. 1. 7. & Capitul. Caroli l. 7. cap. 146. &
 apud nos falsitas inde arguitur, l. 2. tit. 5. l. 4. recopul. ob-
 servatur Cironius ad hunc titulum, Div. Nicolaus de Castro
 in princ. Instituti. de empt. & vendit. num. 77. & in l. ad re-
 parationem, num. 2. C. de aqueductu, Osiwaldus lib. 1. ad Donei.
 cap. 9. tit. 9. & lib. 23. cap. 6. lit. H. Govar. præf. quest.
 20. num. 2. Gajacius lib. 10. observ. cap. 14. Amaya in l. 2.
 Cod. de herentio. num. 4. Petrus Burgius lib. 1. sect. cap. 11.
 Samuel Pecius ad jus Atric. lib. 2. pag. 119. §. 320. Briffon.
 l. 3. sect. cap. 7. Altamirano de filiis offic. lib. 3. in princ.
 Cironius in parati. ad hunc titulum, & lib. 3. observ. cap. 7.
 Gutherus lib. 3. de offi. domus, cap. 36. Borel. l. 2. de Magistr.
 cap. 14. Hæc ratione non semel olim Imperatores, qui Con-
 stantinum secuti sunt, diem rescriptis non solum apponebant,
 sed geminabant, & cum Quæstor eorum constitutionibus sub-
 scribebat, diem etiam addebat, postquam Princeps manu
 subscripsisset, addita etiam die, ut videre est in constitutio-
 nem Justin. de filiis libet. & in alia Imperatoris Tiberii de fi-
 liis colon. & libet. in novellaque Justiniani 114. cap. 15. Ita-
 tuitur, ut divine jussionis subscriptionem habeant gloriosissimi
 quæstoris, unde in una, eademque constitutione quatuor
 diversos dies aliquando notatos inveniri observavit Cujacius
 in l. finalis, Cod. de petis. honor. sublat. Gothofredus ad dict. con-
 stitut. Tiberii, & Gutherus lib. 1. de officii domus, c. 35. Brif-
 fonius de formulis, pag. 316. Et cum post Constantinum duo
 Consules designarentur, unus Romæ, alter Constantinopoli,
 rescripta, & constitutiones, quæ promulgabantur Romæ, an-
 tequam sciretur, quis Constantinopolim nuntiatus esset, promul-
 gabantur sub hac forma, A. & qui fuerit nuntiatus, Consu-
 libus, l. fin. C. de bonis vacant. lib. 10. l. fin. Cod. Theodof. de
 heret. l. ultim. Cod. de petis. sublati, l. ult. C. de Princip.
 agent. lib. 1. Cod. de castrensis, in Theodof. l. 4. C. 5. C. de
 his qui ad Eccles. consi. Jure etiam canonico frequentius rescriptis
 & epistolis decretalibus indicio adhibebatur, ut constat ex
 epistolis Gregorii Magni, & prædecessorum suorum. Tandem
 Innoc. III. loco indictionis annos Pontificatus apponere coepit,
 cum alii annos tantum Domini apponerent, ut observa-
 vit Cironius. Ex tunc rescripta sine die, & Consule vires non
 obtinet, d. c. inter, de fide instrum.

3
 Epouit
 res 2. C.
 de divin.
 rescript.

Licet regulariter rescriptum secundum non facta primi men-
 tione, nullum sit, juxta tradita in c. 3. hoc tit. tamen fi-
 ille, qui primum impetravit, dolo, & fraude intra annum
 ulus non sit, secundum sustinetur, quia per lapsum anni pri-
 mum evanuit, & ita secundo impedimentum non præstat, que
 exceptio in presenti textu statuitur. Cui consonant textus in c.
 si autem, hoc tit. l. 35. tit. 8. partit. 3. Sed aperte oppositi
 detur text. in l. 2. C. de diversis rescriptis, in illis verbis: Fal-
 so adveniat auctoritatem rescriptorum devoluta spatio anni obtinere
 firmitatem suam non oportere, cum ea, quæ ad jus rescribitur, per
 omnia esse debent, si modo tempus, in quo allegari, vel audiri de-
 bent, non sit comprehensum. Ex quibus verbis expresse deduci-
 tur, rescriptum adhuc clapsio anno sustineri, & vires habere:
 pro cujus tæxus conciliatio cum presenti Innocentii episto-
 la, varia adduxerunt repetentes hic. Baldus, & Felinus disci-
 pularum inter jus civile, & canonicum: Jurecivilis in-
 specto asserunt rescripta esse perpetua; jure vero canonico an-
 nalia, & temporalia: eos sequuntur Decius in d. c. si autem,
 Jafon in l. fin. C. de consi. Principum. Sed cum tam Innoc.
 in presenti, quam Lucius III. in d. c. si autem, non expresse
 dilacerent a jure Casareo, non est cur inducamus diffidium
 inter jus canonicum, & civile, argumento textus in c. secundum,
 de novi operis constitutione, cap. fin. 2. de secundis scriptis. Alter
 diffidium hoc conciliare intendunt Rebassus ad l. Galia, &
 de rescriptis, n. 4. Menoch. de arb. cap. 202. n. 77. as-
 serunt enim textum in d. l. 2. accipiendum esse de rescriptis
 concedentibus jus parti, seu jus partium rescribitur, & ea
 verba, perennia esse debent, sic exponunt, id est, quæ ad jus
 observationem rescribitur; illa enim sunt perpetua, sicut &
 ipsum jus, l. Divi fratres, ff. de jurapat. l. 2. C. de consi. Princip.
 c. consulti, de offi. deleg. quorum rescriptorum mementur Plin-
 l. 10. ep. 119. Symmachus l. 10. ep. 42. præsentem vero tex-
 tum procedere in rescriptis iustitiam, quæ comprobatio iudi-
 cium indiget. Sed neque hæc solutio placet, cum nullo juris
 testimonio similis diffinitio probetur, neque Ecclesiæ Patres
 ullibi decreverint absolute, & generaliter rescripta facta ju-
 dicis indigentia non expirare, ut notavit Pachin. l. 8. con-
 c. 67. Nec felicitas Cujac. ad tit. C. de divers. reser. dum exi-
 stimat, præsentem textum procedere inspecto jure antiquo,
 textum vero in d. l. 2. attentio jure noviori: quem rescripti Ger-
 mon. l. 1. animavit, c. 14. Quare his solutionibus omittis, ut
 veram adducamus, dicendum rescripta iustitiam, ad jus vide-
 licet observationem expedita, perennia esse, sicut jus ipsum, d.
 l. 2. & ult. C. Theod. eod. tit. Item rescripta ad jus partium
 concessa, eo modo sunt perpetua, sicut est actio, cujus ratione,
 & propter quam impetratur, id est, si decennio durat actio,
 per decennium durabit rescriptum, non ultra, l. ficut, c. de
 preser. 30. vel 40. annor. licet ad excipiendum perpetua man-
 de defendat Germon. ubi supra, sed si impetrato primo rescri-
 pto, secundum super eadem causa impetraret, & qui primum
 impetravit, dolo, vel ignorantia eo intra annum non utatur,
 evanescit primum, & convalescit secundum, non tam per la-
 psum anni, quam per imperationem secundum rescripti conjun-
 ctam cum omissione primi: quo casu rescriptum per anni la-
 psum finiri deciderit Innoc. in presenti. Unde si secundum non
 fuisset impetratum, primum perpetuum esse non negare In-
 nocentius in presenti. Ita post Glossam in d. c. si autem, docet
 Innoc. hic, Castrensis, & Padilla in d. l. 2. Ciron. in parati-
 si ad hunc tit. Germon. & Pachin. ubi supra. Sed si rescripta
 habeant præfinitum tempus, finiuntur eo clapsio, quia omnia
 rescripta expirant juxta voluntatem concedentis, c. ad aures;
 hoc tit. Rescripta autem gratia omni respectu perpetua sunt,
 ex regula Decet. de regul. jur. l. 6. Docent Phebo de 168. ubi in-
 terpretatur text. in l. 1. ff. de mandatis, Padilla ubi supra, qui eo
 modo accipit textus in c. accidentibus, & c. perpetuas, de privil.

G A P U T XXIV.

Idem a Rhotomagensi Archiepiscopo.

Cum contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes a suis Abbatibus ronsurentur. Ap. Sedis oraculum
 requisisti, an Clericatus ordo in confusa hujusmodi confertur? Super quo fraternitati vix taliter respondemus,
 quod cum in septima Synodo sit statutum, ut Lectoris manus impositionem licentia fit unicuique Abbati in proprio
 monasterio solummodo faciendâ; dummodo ipsi ab Episcopo secundum morem præficientorum Abbatum manus im-
 positio facta noscat, & constat cum existere sacerdotem, per primam tonsuram a talibus Abbatibus juxta Ecclesiæ
 formam datam, clericalis ordo confertur. Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diversos iudices litteras
 impetrant, quorum quidam obtinent a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunties excommunicationis sen-
 tentiæ subjacere; alii iudicibus postmodum injunguntibus, ut eandem denunties absolutam: queris a nobis, an utrif-
 que, vel neutris faltem obedire debeas in hac parte. Super quo tuz prudentiæ respondentes, credimus distinguendum,
 an cum primum mandatum recepisse dignoscitur, tibi forsitan innocuit inter illos, & alios super jurisdictione discor-
 diam fulscitatum; an super hoc nihil omnino cœsivisti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi peni-
 tus innotescit, an primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si pos-
 tea contrarium tibi ab aliis demandetur, tunc litterarum ab utroque a Sed. Ap. obtenturam copia postulatâ, quas au-
 thoritate præsentium distinde præcipimus exhiberi; si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter, ita quod non sit
 aliquatenus hæsitandum, quod litteræ; quæ ad illos, a quibus secundum mandatum receptoras, impetratæ noscuntur,
 expresse revocent litteras aliorum, tu illud intrepidus exequaris, quod secundo tibi loco mandatur. Si vero ex lit-
 terarum inspectione manifeste tibi constet, quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias
 minime revocant, secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi fuerit merito dubitandum, ad
 exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cusdam nostræ constitutionis tenorem, in-
 ter eos hujusmodi contentio sopiatur: & id ipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni
 man-

ap. Sedis oraculum
 Super quo fraternitati vix taliter respondemus,
 quod cum in septima Synodo sit statutum, ut Lectoris manus impositionem licentia fit unicuique Abbati in proprio
 monasterio solummodo faciendâ; dummodo ipsi ab Episcopo secundum morem præficientorum Abbatum manus im-
 positio facta noscat, & constat cum existere sacerdotem, per primam tonsuram a talibus Abbatibus juxta Ecclesiæ
 formam datam, clericalis ordo confertur. Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diversos iudices litteras
 impetrant, quorum quidam obtinent a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunties excommunicationis sen-
 tentiæ subjacere; alii iudicibus postmodum injunguntibus, ut eandem denunties absolutam: queris a nobis, an utrif-
 que, vel neutris faltem obedire debeas in hac parte. Super quo tuz prudentiæ respondentes, credimus distinguendum,
 an cum primum mandatum recepisse dignoscitur, tibi forsitan innocuit inter illos, & alios super jurisdictione discor-
 diam fulscitatum; an super hoc nihil omnino cœsivisti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi peni-
 tus innotescit, an primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si pos-
 tea contrarium tibi ab aliis demandetur, tunc litterarum ab utroque a Sed. Ap. obtenturam copia postulatâ, quas au-
 thoritate præsentium distinde præcipimus exhiberi; si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter, ita quod non sit
 aliquatenus hæsitandum, quod litteræ; quæ ad illos, a quibus secundum mandatum receptoras, impetratæ noscuntur,
 expresse revocent litteras aliorum, tu illud intrepidus exequaris, quod secundo tibi loco mandatur. Si vero ex lit-
 terarum inspectione manifeste tibi constet, quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias
 minime revocant, secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi fuerit merito dubitandum, ad
 exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cusdam nostræ constitutionis tenorem, in-
 ter eos hujusmodi contentio sopiatur: & id ipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni
 man-